Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Astronomica - Cod. Ettenheim-Münster 165

Moingenat, Johannes

[S.l.], 1623-1624

Prooemium

urn:nbn:de:bsz:31-114277

Visual Library

GNOMONICE, SIVE HORARUM Horologijs inscribendarum ratio.

PROOEMIUM.

Gnomonice est scientifica umbrarum horariarum consectatio et delineatio, quas vel extremitas Gnomonis, seu styli erecti in planis definit vel circuli horarij in sphaera excogitati in ijsdem per lineas rectas exprimunt unde et duplex est officium eiusdem Gnomonices alterum circulos horarios in omnibus planis per lineas rectas delineare; alterum umbras ab extremitate Gnomonis varie proiectas ob varias et altitudines solis per annum ad certas distantias determinare, ratione utriusque officij assignantur primo horologia stabilia, deinde mobilia, sive pensilia utraque vel univ[er]salia, quae in toto orbe, vel particularia, quae uni tantum climati inserviunt. Stabilia dicuntur, quae eidem semper loco affixa manent, vel si non manent mutari saltem ad solis mutationem non debent; mobilia portari de loco in locum pro arbitrio possunt debentque ad solis mutationem mutari. Stabilia subdividuntur in regularia, et irregularia, regularia sunt quae certis sphaerae circulis aequidistant, quorum quinque sunt genera aequinoctiale, quod aequatori aequidistans satis commodo aptum est, Horizontale quod horizonti aequidistat,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Verticale, quod æquidistat circulo verticali, q per puncta veri ortus et occasus æquinoctialis, et verticem, imumq terræ transit, qualia horologia sunt Meridiem spectantia muralia, Meridionale quod meridiano circulo versus ortu, vel occas[illegible] solare, neq quod aci mundano æquidistat horum quodlibet duplex est æquinoctiale sursum quod æstati, et infe, rius quod hyemi inservit Horizontale superius in tabulatis descriptu, et inferius, Verticale Australe et Boreale, Meridionale Orientale, et Occidentale, Polare inferius, et superius. Irregularia esti infinita sunt ad tria tri genera revocari possunt, ut primi generis illa sint quæ declinant a verticali, ac proinde declinantia vocantur, secundi generis sunt quæ ad horizontem sui inclinantur ad instar tecto, rum, tertij sunt, quæ et a Verticali declinant, et ad horizontem sunt inclinata, atq hæc dicuntur declinantia et inclinantia simul, de quibus singulis auspice DEO ordine agetur præsuppositis prius paucis Lemmatibus scitu necessarijs. in hisce horologijs præter horas in universum sciri potest, in quo loco Zodiaci sol plus minus moretur, quam longus sit dies, quotâ horâ sol oriatur, quotâ occumbat, quotâ horâ sit alibi in alijs et remo, tissimis regionibus.

LEMMA Im

De structurâ et usu Quadrantis linearis et lineæ tangentium.

In descriptione horologiorum usus Quadrantis linearis apprime [illegible] ne omnes circulos in suas partes distribuere cogamur constituto igr angulo recto beneficio Gnomonis ad .A. q tunc rectus esse cognoscetur, qn semicirculo